e-codices

Jo. an. etiam in c. le. predicta sententia et tenet contrarium quod a tempore sententie et non appellationis
incipiunt dicti xxx dies currere tamen quo contra pau. in c. cum clerico monente
ponit rationem per l. iudicati. C. de app. canonizatam ij. q. vj. ubi expresse dicit quod
predicti dies currunt a tempore sententie communiter est secundum zensil. ubi supra in appellatione non
suspensa et sic intelligitur ipse hanc l. per hoc subaudi alias esset ibi
clarius textus pro opinione Jo. an. et pau. sibi modo in textu tollitur illa l. dudum Jo. de
lig. in c. dilectis de app. declarando contrarium opinionem hostiensis et zensil. ad concordandum
contrarias opiniones credebat probabiliter fore distinguendum sic aut loquitur quo ad petitionem
vel appellantem aut quo ad dationem apostolorum et iudicis secundo tamen aut appellans app-
ellauit viua voce statim post sententiam et iste casus est clarus secundum eum quia
tempus appellationis et sententie tunc currunt. Aut post sententiam ex interuallo puta ultima
die decendii appellauit quo tamen dubium currit et tunc aut ignorauit usque ad
tempus quo appellauit sententiam fuisse latam et tunc a tempore appellationis currit tempus petendi
apostolos quia non prius currit tempus appellandi ut in aut. hodie signata sup. l. cos.
. C. de app. et c. ti. citatione li. vj. ita non Cy. in dicta l. iudicibus aut
ante appellationem sciuit sententiam fuisse latam Et tunc propter equitatem non per
. Jo. an. in dicto c. ab eo credebat dominus Egi. quia a tempore sententie et tunc sciuit
alioquin a tempore scientie per dictam l. iudicibus tamen ibi notatur per Cy. postquam eum
a tempore sententie statim potuit appellare sibi imputet si non appellauit quo
ad id de quo queritur maxime si deliberate voluit an sibi expediret
appellare eo ipso deliberare debuit an expediret petere apostolos quos
petere non fuit difficile Et quia quo ad hoc impedimentum ipsum
excusaret Si vero loquitur in iudice qui habet dare apostolos quo ad
ipsum credit dominus Egi. magis exuberare equitatem de qua loquitur
. Jo. an. in dicto c. ab eo quia secundum eundem Jo. an. ibidem non debet esse iudex
quo ad hoc decior conditio quia appellans quod diligentior debet esse appellans
in facto proprio quam iudex quem negatiuum non ita tangit tamen quia debet presumere
suam sententiam bene esse latam et ei standum et per consequens ab ea non appella-
dum tamen quia fatalius est apostolos petere quam dare tamen quod in preiudicatum generati
est quod appellet et apostolos petat non sit in iudice fact. ff. de except.
de l. pure. § fi. tamen quia in talibus infinitur licet a tempore notitie appellationi
esset tamen quod si post centum dies a tempore sententie late licet prius dies decem
a tempore sententie appellaret currisset iudici tempus dandorum apostolorum a tempore sententie
et per hoc in hoc tamen credit ipse nedum a tempore appellationis sed a tempore
intimationis facte iudici currere predictum tempus petendorum apostolorum et ita
fuit obtentum in consiliis ipso presente secundum eum tempore vero meo sine predicta
et quocumque distinctione fuit conclusum et determinatum per dominos opinionem hostien
et zensil. fore equiorem et iustiorem et ipsam firmitatem seruatam et
seruandam semper in palatio propter efficacitatem et decisionem quas allent

De admissione articulorum